

premissorum evidenciam sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum  $\varnothing$ rabro Anno dominj MCCXC<sup>o</sup> quinto pridie non. marcij.

1127.

1295 d. 6 Mars.

Sigtuna.

JOHAN ENGELS förskrifning på några gårdar till Ärkebiskopsbordet i Upsala såsom pant för erhållne 2 läster spannemål, värde 10 mark penningar.

A. 6. a. 2. 17.

Omnibus presentes litteras inspecturis, JOHANNES ANGELUS, salutem in domino sempiternam, Cum a discreto viro domino olawo canonico vpsalensi procuratorj bonorum dominj, N. archiepiscopi vpsalensis mutuo receperim duas lestars annone pro decem marchis denariorum & pro dicte pecunie solutione posuerim in pignore sex denarios, & vnam oram terre in sundusum iuxta fløtasvnd predictam terram relinquo, & resigno plenarie predicto venerabili patri domino, N. archiepiscopo vpsalensi et insuper dimidiam oram terre jn vra in parochia thigibili addo, & predicto modo relinquo in predicte solutionis complementum, jn cuius rei testimonium quia sigillum proprium non habeo, sigilla religiosorum virorum fratrum predicatorum conuentus sictoniensis, & ffratris israelis lectoris ibidem, et comunitatis sictoniensis ad meam instanciam presentibus sunt appensa, Cum autem proprium sigillum habuero ipso presentes litteras sigillabo, Datum sictonie, anno dominj, M<sup>o</sup>, CC<sup>o</sup>. Nonagesimo Quinto, tertia dominica quadragesime.

Sigillen N:o 1, 2, mycket skadade; N:o 3 bortfallet.

1128

1295 d. 6 Mars.

JOHAN ENGELS förskrifning på Hamundastad till Ärke-Biskopsbordet i Upsala, såsom pant för erhållna 2 läster spannemål, värde 30 mark gängse mynt.

A. 6. a. 2. 18.

Omnibus presentes litteras inspecturis, JOHANNES dictus ANGELUS, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi quod ego anno dominj, M<sup>o</sup>, CC<sup>o</sup>, Nonagesimo Quinto, recepi a venerabili viro Magistro andree preposito vpsalensi yconomio bonorum episcopalium duas lestars annone pro triginta Marchis den. vsualis monete per manus discretorum virorum dominorum, Olawi, & Mathie canonicorum vpsalensium, pro quibus triginta duabus Marchis den. inpignoraui decem solidos terre in hamundastadum jta quod si predictum predium per me. vel per fratrem meum dominum karolum canonicum vpsalensem. vel per nepotes

meos in festo beati martinj. vel in epyphania domini in secundo termino, vel in purificatione beate virginis ad vltimum redemptum non fuerit, ex tunc memoratum predium, predictus venerabilis pater dominus. N. archiepiscopus vpsalensis, possidendj. alienandj, seu quolibet modo ordinandj liberam habeat facultatem, In cuius rei testimonium quia sigillum proprium non habeo, sigilla religiosorum virorum fratrum predicatorum sictoniensis conuentus, & dilecti germanj mei fratris israelis lectoris ibidem, vna cum sigillo communitatis sictoniensis. presentibus sunt appensa, Datum anno dominj. M°.CC°. Nonagesimó. V°. in tertia dominica quadragesime.

Sigillet N:o 1 andeligt, skadadt; N:o 2, 3 bortfallna.

1129

1295 d. 6 Mars.

JOHAN ENGELS bifall till Herr Magnus Johanssons gåfva af fastigheter till Upsala Domkyrka.

A. 3. a. 4. 12.

Omnibus presentes litteras inspecturis, JOHANNES ANGELUS, salutem in domino sempiternam, Notum sit omnibus Quod donacionem quam auunculus meus dominus, M. Joansson ecclesie vpsalensi fecit de curia næs, & sex oris terre in hagaby consensi, & consencio, promittens bona fide per presentes quod ipsam curiam, & predictas sex oras terre, cum siluis, pratis, & pisarijs, nisi piscariam vlgariter dictam werta in flotasvnd, non in perpetuum per me vel per alios inpetam vel aliquo aliter inpugnabo. nec ecclesiam vpsalensem super possessione predictæ curie & predij memoratj aliquo aliter perturbabo, renuncians omni juri & accioni mihi in hac parte competenti, siue ex testamento siue ab intestato, seu donacione vel quocumque alio titulo predictum predium me contingat In cuius rei testimonium quia sigillum proprium non habeo, sigilla religiosorum virorum, fratrum predicatorum conuentus sictoniensis, & ffratris israelis lectoris ibidem, vna cum sigillo communitatis sictoniensis, ad meam instanciam presentibus sunt appensa, Datum anno domini, M°.CC°. Nonagesimo. Quinto, tertia dominica quadragesime.

Sigillen N:o 1, 3 bortfallna; N:o 2 andeligt, skadadt.

1130

1295 d. 6 Juni.

Ekenäs.

Biskopen YSARS i Strengnäs och Lagmannen JOHANNES INGEWALDSSONS i Södermanland arfskifte emellan Dan Jonsson och Eric Petersson.

A. 6. a 1. 1.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. YSARUS dei gracia episcopus Strengnensis & JOHANNES INGEVALSSON legifer Suthirmannie.